Minc. 65 n 32

DE S. SPIRITVS ADVENTV ORATIO

Habita in Sacello Pontificio.

AD SANCTISSIMVM D. N. INNOCENTIVM XI. PONT. MAX.

A MARCHIONE VIRGILIO SPADA
Sem. Rom. Conuict.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Romæ, Typis Franciſci de Laz., fil. Ignatij. 1688.

SVPERIORVM PERMISSV.

30

157

[illegible]NCTISS. D. N.

[illegible]OCENTIO XI.

PONT. MAX.

VIRGILIVS SPADA

FELICITATEM.

ELOQVENS Amoris Diuini Beneficentia per tenuem hanc Orationem adumbrata, ex Auguſtiſſimo dignitatis Tuæ faſtigio elucet maxime (BEATISSIME PA-

TER) quodque breuis iſte ſermo probare nititur, Sanctiſſima Eccleſiæ totius adminiſtratio te Regnante feliciter comprobauit. [illegible] tamen in dicendo Pudor e[illegible] nem mereri poteſt; pa[illegible] dem de Diuino Spiritu [illegible] re iuſſus ſum, vnde eiuſd[illegible] Spiritus Oracula ſalutaria a[illegible]nt in Omnes. Poſtquam in Apoſto-rum Senatum ignearum linguarum Cœleſtem imbrem effudit Amor diuinus, ex hac quam inſides Cathedra, certa veritatis interprete, loqui nunquam deſtitit; ſed noſtra etiam ætate, latiùs audita vox eſt, quando Diuinitatis oracula adminiſtræ Virtutes tuæ propagarunt: remotiſſima etenim Regna ſub auſpicijs tuis, ſurdas diù Veritati aures, cæleſtibus iterum monitis accõmoda-

da-

darunt, vocemque Diuini Spiritus
lita tenebrarum reuelantis
erunt. Poſt maxima Bene-
nihil ingratum Deo magis
onteſt homo, quam Bene-
ſilentium obliuioſum; quæ
Vicaria tua Virtute largiter
effudiſti, ſileri cupis.
itur vtrumque poſtulas,
m: eademque Oratio, quæ de
uinis Beneficijs ſilentium dam-
nat ingratum Deo; Virtutum tua-
rum ſilentium obſequioſa comple-
ctitur gratiſſimum Tibi.

159

Imprimatur,
Si videbitur Reuerendiſſ. Pa-
Apoſt. Magiſt.
Steph. Ioſeph Menattus Ep. Cyrem.

Imprimatur,
Fr. Dominicus Maria Puteobonellus
Sac. Apoſt. Pal. Magiſt.

ORATIO.

DIVINA licet Munificentia maximis humanum genus beneficijs obligaſſet, vt Munerum Authorem homo fateretur, & commendaret, nihil tamen Iſte Factori ſuo rependerat, præter ingratum, & obliuioſum ſilentium; cum tamen ſciret, nihil minus poſt collatum Beneficium exigi poſſe, quam ſterilem confeſſionem Beneficij. Vitioſam hanc Hominum taci-

citurnitatem ſalutariter hodie damnau[it] Eloquens Amor, & ne deeſſet impoſi[to]rum qui Diuini largitoris prædicaret Beneficentiam, ipſis tribuit Vocem, [f]e[-]cundiam Beneficijs.

Et ſanè depluentium linguarum duæ flammæ, quàm benè Cœleſtia [mu]nera, dum deferunt, prædicant; excu[ſſæ re]pentino motu Aduenientis Amoris to[nitrua] Vocem Gratiarum debitam præeu[nt], non expectant. Vbi olim ad Communis ruinæ reparationem deſcenderat Diuinitas, tacitos imitata Imbres aduentu ſuo fœcundiſſimum illapſum occultauit. nec minus Amica Taciturnitatis, in Tenebris & Latebris, dum medium ſilentium tenerent omnia, naſci voluit, atque inter muta Animantia Verbum Diuinum obmutuit. Sed iam ſatis tacitè munificentiam ſuam effuderat Deus, addidit hodie Vocem ſonoram Beneficijs. Vix primas hauſerant ſcintillas Eccleſiæ Principes, cum, ſenſim ſerpentibus

bus flammis , conceptum vbique erupit Incendium, miratusque eſt homo [illegible]inum in ſe Prodigium, quod paſ[illegible]orauerat, Deum nempe Amare [illegible]i.

[illegible]it quidem humanus Animus ab [illegible]træ naſcentis exordio inter ma[illegible]neficia enutritus, habuit, inquam, [illegible]retur in laudem Conditoris ſui; qui [illegible]amen loqueretur, non habuit. Vltim[illegible] hoc reſeruauerat Homini impertiendum hodiernâ luce Diuinus Amor, [illegible]i Verbum ipſum terras iamiam relicturum promiſerat: Dabitur vobis in illa hora quid loquamini. Fateri proinde poteſt homo infantiam ſuam, poſt longam tot ætatum ſeriem, in Authoris ſui commendationem ſemper elinguem, & dum ſibi factam eloquij Poteſtatem gratulatur, intelliget, ex præſagio Diuinitatis, non hominem eſſe qui loquitur, ſed Spiritum Patris amantiſsimum qui loquitur in Homine.

Ma-

Magnum enimuero celebratum eſt
Prodigium, quòd ipſa etiam cæca quam-
uis ſuperſtitio vidit, & obſtupuit; cum
Aduentu Diuini Verbi Ethnica p
ſimulacra ab inanibus oraculis
& nouus quaſi ſtupida ſaxa ſtup
deret, fruſtra ſæpius conſulta hiſ
ſa non ſunt; par enim fuit, vt men
tandem ſilerent, dum Redux ter ini-
uiſeret Verbum Veritatis. Plus tamen
actum eſt Hodie, eo plus inquam actum
eſt, quo magis ſupra ſpem erat, vt elo-
quens Homo fieret, qui tanquam ſaxum
inanime neſciebat pro Deo loqui; quam
vt ſaxa tacerent, quæ niſi ſermonis præ-
ſtigias contra Deum mendicent, os ha-
bent & non loquentur. Tanti nouitate
Prodigij ſuſpenſa, demirata eſt Hyero-
ſolima in Ciuibus ſuis, multiplicis, ac Pe-
regrini ſermonis diſertam Peritiam; ſer-
mo tamen nullus, alienus magis erat Ho-
mini ac Peregrinus, quam qui in lau-
dem conditoris ſui linguam ingratam

luit: ſiquidem Dei nomen compel-
tantum conſueuerat Homo rebellis,
aut mentiri ſolennius vellet, aut
rijs addere ſacrilegia: Sed poſt
onga cæcitate mendacium homi-
ierant, quis crederet? Homi-
ndem Veritas quæſiuit, & inue-

...ulari igitur licet Eccleſiæ vni-
fauſtiſſimum diem, quo Sapien-
illius rudimenta prima tradidit Præ-
ceptor Amor, quibus imbuta fides, vbique terrarum, verbo ac ſanguine in Patrocinium Veritatis feliciter perorauit, & perorat. Equidem, teſte Auguſtino, ſi ſapienter interrogemus, habent miracula linguas ſuas, non auribus inani ſono obſtrepentes, ſed animo conſonas fideli. At, poſt acceptam Eloquij Diuini Peritiam, Chriſtianus vbique Orbis tot habet miracula, quot linguas.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE